

# ORATIONES

DICENDÆ CUM SUBDIACONUS INDUITUR PARAMENTIS

(Concordat cum MR 1962.)

**Cum lavat manus, dicat:**

Da, Dómine, virtútem máníbus meis ad abstergéndam omnem  
máculam; ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi  
servíre.

**Ad amictum, dum ponitur super caput, dicat:**

Impóne, Dómine, cápti meo gáleam salútis, ad expugnándos  
diabólicos incúrsus.

**Ad albam, cum ea induitur:**

Deálba me, Dómine, et munda cor meum; ut, in Ságuine Agni  
dealbátus, gáudiis pérfruar sempitérnis.

**Ad cingulum, dum se cingit:**

Præcíngue me, Dómine, cíngulo puritátis, et extíngue in lumbis  
meis humórem libídinis; ut máneat in me virtus continéntiæ et  
castitátis.

**Ad manipulum, dum imponitur bracchio sinistro:**

Mérear, Dómine, portáre manípulum fletus et dolóris; ut cum  
exultatióne recipiam mercédem labóris.

**Ad tunicellam:**

Túnica iucunditatís et induménto lätítiaé índuat me Dóminus.